



**Ethica Amoris, Sive Theologia Sanctorum, Magni
Praesertim Augustini, Et Thomae Aquinatis**

Circa Universam Amoris & Morum Doctrinam, Adversus Novitias Opiniones
Strenuè propugnata, Et In Materiis Principaliter Hodie Controversis
Fundamentaliter discussa

De Sacramentis In Genere Et Specie - Libros Octo Complectens

Henricus, de Sancto Ignatio

Leodii, 1709

Primum pro insufficientia servilis attritionis argumentum ex sess. 6.c.6.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73212](#)

Quorem pleniorumque de Pœnitentiaæ Sacramento instructionem promittit.

Respondeo Tridentinum tradidisse exactam de Pœnitentiaæ Sacramento doctrinam, quantum necesse fuit ad damnandos errores hereticorum; non quantum necesse fuit ad terminandas controversias omnes Catholicon. Neque ictud promitti in processio, sed illud dumtaxat. Neque certè congregatum fuit ad terminandas controversias Catholicon inter se, sed ad terminandas controversias Catholicorum cum hereticis. Et ne ipsi quidem Adversarii sustinere possunt Concilium definitum omnia & singula, concernentia Pœnitentiaæ Sacramentum, quæ Catholici inter se controvexit, uti peripicum est in tot articulis etiamnum controversis, v. g. an circumstantia notabiliter intra eamdem speciem aggravantes, confitenda sint, &c.

¹⁸⁰² Inquit denique: si Tridentinum formidolose attritionis sufficientiam non definiasset, torrens Thelogorum pro ea stare non copifet à tempore Tridentini.

Sed cum Suarez ipse to. 4. in 3. p. q. 90. disp. 15. refertur, opinionem pro ea fiantem antiquam esse, nec multum communem, nego torrente Thelogorum pro ea scitissime ante temporis Suarez, & Vaquez. Quorum eruditio magna, post illorum tempora, post se multis quidem Theologos traxit; sed hoc factum, parim ex divina providentia, quæ hoc ideo permisit, ut veritas plus ventilata, plus radiaret, diuque exagata, plus splendesceret. Partim ex eo quod nec duobus istis eximis Theologis, nec eorum sequacibus affluerit lux illa magna, quæ Concilii Tridentini Decretis accessit ex actis Concilii Tridentini, quæ ipsa postmodum ejusdem Concilii Historia divulgavit. Si tamen divina providentia permisit, ut multi hac in re Theologi descreperent, ut simili providerent, ut multi semper Theologoi, inque magni nominis, pro veritate starent, servilique attritionis insufficientiam cum tota Antiquitate propugnarent. Quorum numerus post dictam Historiam, Latino idiomate publico datum, adeò crevit, ut opinio contraria jam deferit inter Modernos communior esse, que talis videbatur Alexandri VII. tempore. Jam enim major Thelogorum pars, cum duabus primariis Chiristiani Orbis Academis, Parisiensi & Lovaniensi, innumerisque Cardinalibus, Episcopis, ac principiis Doctoribus, opinioni illi valedixit, uti demonstrat ingenis eorum Catalogus postea subjiciendus.

CAPUT CLIV.

Tametsi nibil bac in parte Tridentinum definierit, seu pro una, seu pro altera parte, ex ipso nihilominus longe efficaciora argumenta depromutur pro servilis attritionis insufficientia, quam pro sufficientia.

¹⁸⁰³ **V**Alidissima ex sacris Litteris argumenta pro servilis attritionis insufficientia cap. 143. 144. 145. 146. 147. & 148. protulimus. Validissima item ex Traditione Sanctorum cap. 149. per totum. Superet de posteaquam invalida prorsus Adversariorum ex Tridentino argumenta demonstravimus, ex ipso validissima nos adversus ipsos argumenta deponamus.

Primum pro insufficientia servilis attritionis argumentum ex Ies. 6. c. 6.

¹⁸⁰⁴ **I**lud habes solidissime efficacissimè deducere. Etiam lib. 2. cap. 149. ubi offendimus, in pœnitentia, quam ante Baptismum agi oportet, à Tridentino requiri initialem saltem dilectionem Dei, tamquam fontis omnis iustitiae, coqu nomine charitatis actum Concilii Patres intellexisse, cum que ultra fidem & spem idem requisire, quia si pœnitentia sola esse ex timore, sine amore iustitiae,

& dolor effet propter pœnam, & non propter Dei offendit, nisi actuosa effet. Quæ omnia ex ipsiusactis Tridentini habes ibidem demonstrata.

Enimvero per dilectionem Dei, tamquam fontis omnis iustitiae, ibi non intelligi dilectionem concupiscentie, quæ Deus non diligit propter se, sed dilectionem charitatis & benevolentie, *et communis mens & sententia Doctorum*, ait Tannerus dip. 6. de pœnit. q. 2. n. 74. Quodque per eam intelligatur dilectio Dei super omnia, communem Scholasticorum sententiam esse, testatur Stapletonus 1. f. de inherente iustitia Prolegom. 1. pag. 120. ipsaque proprietas verborum Tridentini id significat. Diligere enim Deum tamquam fontem omnis iustitiae, est diligere Deum propter Deum, & secundum Deum. Cum Deus secundum se & per se ipsum sit fons omnis iustitiae, diligere Deum tamquam omnis iustitiae fontem, est diligere Deum propter ea quod si fons omnis iustitiae, quod cum sit per se & secundum se, est diligere Deum propter se.

Ipsa etiam series, seu ordo verborum Tridentini, ratioque additionis eorum, id ipsum aperte designat. Dispositiones quippe ad iustificationem, eodem ordine, atque istam penè verbis Concilium enarrat, quibus S. Thomas 3. p. q. 85. a. 8. ubi S. Doctor dilectionem, subiectam timori & spei, exprimit nomine charitatis. Actuum quippe, quibus Deo operanti in pœnitentia cooperantur, primam (inquit) principium est Dei operatio convergentis cor... Secunda actus, est motus fidei. Tertiis, est motus servilis timoris, quo quis timore supplicium a peccatis retrahitur. Quartus, est motus spei... Quintus, est motus charitatis, quo peccatum alicuius displiceret secundum seipsum, & non iam propter supplicia. Arqui ratio propter quam Tridentini Patres timori & spei addiderunt dilectionem Dei, tamquam fontis omnis iustitiae, ea fuit, quia addendum censuerunt motum dilectionis, quo peccatum displiceret secundum seipsum, & propter intereste divinum, & non tantum propter supplicia, uti constat ex dictis n. 1804. Motus vero dilectionis, quo peccatum displiceret secundum seipsum & propter intereste divinum, & non tantum propter supplicia, teste Angelico Doctore, est motus charitatis.

Eadem dilectionem charitatis nomine designat Catechismus Romanus Concilii Tridentini, dum gradus, quibus ad salutem pœnitentiam pervenirent, post Tridentinum explicans, post timorem & spem, subiectit charitatem: Timori (inquit) accedit spes impetranda à Deo misericordie... postremò charitate corda nostra accendantur, ex qua liberalis ille timor, fratribus & ingenuis filiis dignus oritur. Hic igitur gradus ad hanc præstantissimam pœnitentiaæ virtutem pervenitur.

Denique dicta dilectionis nomine charitatem, ¹⁸⁰⁵ seu Dei propter se dilectionem intelligi, probat scopus ipse Tridentini, qui est convellere doctrinam hereticorum, aientium, dilectionem charitatis, seu Dei propter se, peccatoris reconciliacionem præcedere non posse. Non convellet autem, si de charitate, seu Dei propter se dilectione non loqueretur. Cum iste hereticorum error de Dei propter se dilectione procedat, non minat error Philippi Melanchtonis in sua Apologia dicentis, quod dilectio non possit adesse, præsumquam fide facta sit reconciliatio, nec possit quis eum diligere, quem iratum videt, & præcipitare velle in gehennam. Quem errorum hauit ex Lutherio, dicente (contra id quod sue defensionis initio dixerat, solo amore contritionem à peccatoribus queri) fides, ante spem & charitatem, sola accipit remissionem peccatorum, propter solum Christum, facisque per eamdem personam gratiam, ante & absque charitatis merito. Unde Alfonius VII.

Ppp 3

velius, Canariensis Episcopus, in Philippicis suis: *Vestra* (inquit) *Confessio (Augustana)* & *Philippi Apologia*, *contritionem* & *timorem*, tametu *mata* in *terrores nomine*, exigit ad *pénitentiam*. *Charitatem* verò ab ea *proficiat* excludit. *Rejicitis enim* & *inter hereticos annumeratis*, eos qui *do-cent*, *remissionem peccatorum contingere propter nostram dilectionem*: aut *craspe nimis oblitus*, aut *impie dominantes*, quod *Christus* ait *Luc.* 7. *dimis-sa sunt ei peccata multa*, *quoniam diex misericordia*.

Hunc itaque errorem confondere voluit Tridentinus. Quod idē de charitatis dilectione vel ipse Luhernanus Kemnitius intellexit, dum calumnias est, ordinem in Scripturis monstratum, in descriptione præparationis ad justificationem, à Tridentino inversum: *Quartum* (inquit) *victum in Decreto Tridentino est*, quod officium proprium fidei, quod est apprehendere Christum ad justificationem & salutem, tribunt Patres Tridentini nobis a charitati, non fidei: *Unde quantum victum est*, quod fungitur dilectionem Dei in nobis præcedere reconciliationem cum Deo.

1809 Atque ex his, aliqui loco citato deducunt, evidenter corruit Glōstā ingeniōs Recentioris in suo Contrionali disp. 5. n. 22. & 34. aientis, ly diligere incipiunt, in Decreto illo Tridentini, designare quidem iustitiam dilectionis Dei, tamquam fontis omnis iustitiae; sed initium, seu principium extrinsecum, non intrinsecum; quodque proinde minimè sit dilectio Dei formaliter & intrinsecè, etiam inchoatè, sed cauſaliter, dispositivè, & extrinsecè dumtaxat. Hoc enim dicere, nihil aliud est, nisi querere noētem in dicere, caliginem in sole. Nil aliud, nisi clarissima & perspicua Tridentini verba ad sensum valde improripuum, contra sensum & consentum Doctorum, contra proprietatem & seriem verborum, contra Tridentini scopum allegatum, contra declarationem Patrum Tridentinorum, ex Acti authenticis iustius Concilii, ab Eminentissimo Historico expressam, denique contra legitimam interpretationem regulam detorquere. Deum enimvero intrinsecè diligit, qui verè diligit, nec verè & propriè dicitur incipiens diligere, qui neandum intrinsecè & formaliter diligit, sed ad diligendum disponitur dumtaxat. De qua dispositione Tridentinum in verbis ante edentibus locutum fuerat, dum inter dispositiones ad justificationem recentuerat fidem, timorem, & spem. Que cum sint etiam dispositiones ad formalem dilectionem Dei, tamquam fontis omnis iustitiae: igitur de formalis dilectione loquitur, non de dispositiva, dum (post dispositiones illas) ait. *Deumque, tamquam omnis iustitiae fontem, diligere incipiunt.* Loquitur enim de dilectione distincta ab ante recentis dispositionibus ad illam. Que non est nisi ipsam formam dilectio. Et sic Doctores haec omnes intellexerunt.

1810 Relegantur verba Historiae Tridentini Concilii loco citato, ubi Paliavinicus ad ista Tridentini verba: *illumque, tamquam omnis iustitiae fontem, diligere incipiunt*, monet advertendum, per tenorem Decreti prius delineati, nullam fieri dilectionis (formalis utique, neque enim emilia fuerat mentionis dispositionis ad illam) mentionem. *Sed Salvatorem Alepium.... Claudiu[m] Jasan.... Lippomanum.... & Pium admoniuit, ut aliquis charitatis actus (& non solum dispositionis ad illam; utpote cuius mentionem adjici necesse non erat) inveretur. Cis que id ad omnium Patrum iudicium relatum fuerat.... vixinti tres ex ijsis disertis illud comprobasse. Ideoque instrumentum Decreto. Sed postea alii non probatum (existimantibus, nomine charitatis, habitum intelligi, non actum, vel faltem charitatis actum sine habilius charitate, adeoque sine gratia justificante*

non esse) verū à Theologis strenue propugnat, & per hac verba retentum: non est ieronima, que loquitur de pénitentia, nulla fiat mentione amoris, vim est cum fide & spe jungere aliquem dilectionis actum. Quia si pénitentia tota est ex timore, sine amore justitia, & dolor est non propter penam tantum, & non propter Dei offendit, infructuosa est.

Ex hac igitur grandissima narratione patet 1. 1810. Glōstā supradictam esse contra mecum Patrum Tridentinorum. Ipsis namque visum non esse, ultra fidem & spem, addendum dilectionis actum, si per cum dispositivam dumtaxat dilectionem intellectiverit, utpote in fide & spe incluantur.

Pater 2. 1811. istud Patribus placuisse, ut praeter actus fides & spes, aliquis charitatis actus inferetur. Quod exp̄s narrat Tridentini Historia.

Pater proinde 3. 1812. charitatis actum intelligi, cum dicitur in Decreto, illumque, tamquam omnis iustitiae fontem, diligere incipiunt.

In cuius confirmatione Eminentissimus Historicus lib. illi 8. c. 14. narrat, quod cum in cap. 7. laudata se fessio 6. determinatum est, quod peccator justificetur gratia & charitatis iustificatione, de eo mota fuisset controversia, quibulam pariter advententibus, charitatem superiori capite memoratam recenseri sub illius initium, inter illi que preparant animum ad iustitiam suscipiendam; postea vero tamquam ipsius formam pons. Respondentem Decreti formatore, in primo loco sermonem esse de quodam acta charitatis (nota) cum insit aliqua dilectionis in homine, non quidem obtinente, sed ex optante iustitiam. At in secundo loco (numirum cap. 7. ubi de forma ipsa justificante sermo est) significari habitudinem charitatis.

Pater 4. 1813. dilectionem, quam Tridentini Patres addendam censuerunt fidei, timori & spes, non esse dilectionem spes nec timoris. Non spes: alias ei addenda non sufficit. Non timoris: cum eandem ob rationem: tum quia dilectio addita est, ne pénitentia tota est ex timore.

Pater 5. 1814. eandem dilectionem non esse dilectionem concupiscentie; alias spes addenda non sufficit. Cum dilectio concupiscentie supponatur ad ipsum, propter quam rationem Suarez to. 3. m. 3. disp. 4. sc. 8. ait dilectionem illam non pertinere ad spem, sed potius supponere spem, & post conceptum spem, per eam erigi hominem, & quasi sublimari ad diligendum Deum (propter spem) nam amor concupiscentie non sequitur propriè ex spes, sed ad illam potius supponitur. Hoc dictum secundum eos, qui sic de amore spes sentiunt.

Pater 6. 1815. non esse dilectionem proper intercessione proprium, sed proper interesse Dei (ad eam proper Deum) si enim pénitentia tota est proper interesse proprium, non proper interesse Dei, infrauctuosa est.

Pater 7. 1816. de ratione pénitentie, five extra, five intra Sacramentum, eis ut sit proper interesse Dei. Tum quia sef. 6. c. 6. Tridentini Patres agunt de pénitentia, quam agi opore ante b. proprium. Tum quia id evincit ratio Patrum Tridentinorum: si pénitentia tota est ex timore, &c. Evincit & titulus cap. 13. libri 8. Historie Tridentinae: de acta charitatis requisito ad iustificationem in Sacramento.

Pater 8. 1817. pénitentiam ex dilectione Dei, tanquam fontis iustitiae, ex mente Patrum Theologorumque Tridentinorum, esse actum charitatis.

Pater 9. 1818. pénitentiam ob solam penitentiam, seu pœna timorem, non esse pénitentiam ob Dei offendit. Cum hanc illi contraponeant Tridentini Patres, illamque, non illam, declarant infrauctuosa, etiam cum Sacramento.

Argu-